

Inhaltsangabe in *Bu 1707* und *Bu 1720*: Podagricis doloribus excusat brevitatem responsionis; illos tamen leniri ait, cum Buchneriana & Opitiana legat. Grati animi testandi causa mittit poëma quoddam. Ab amicis gratias ac salutem nuntiat, & amore cum perpetuo plura promittit.

A *Fehlt.*

Clarissime & Charissime Domine BUCHNERE,

POdagræ simul & Chirargræ doloribus iterum distentus, brevioribus tibi respondere cogor, quam aut benevolentia tua, nuperrimis tuis literis mihi probata, requirebat, aut officium meum postulat.¹ Quamdiu Orationem tuam de Galba², cum Psalmis Germanice a te, ut arbitror, redditis³, item Celeberrimi Opitii Juditham⁴ legere mihi per dolores licuit, tamdiu lenimentum aliquod eorum sentire mihi visus sum, atque idcirco majores tibi gratias eo nomine habeo, relaturus etiam, si quid te dignum invenero. Quod dum ab aliis expecto, interusurii quasi loco tibi mitto poëma Germanicum, quod in Tusculano⁵ meo ante tres circiter annos, inter podagræ dolores composui, & quidam ex amicis meis cui id legendum tradideram, praeteritis diebus typographo Halensi imprimendum dedit⁶; ne prorsus vacuæ hæ ad te per-[728]venirent. Illustrissimo Principi Ludovico⁷ & Generosissimo Werdero⁸ tradidi Bernburgi Orationis & Psalmorum tuorum exemplaria. Ab utroque gratias cum salute tibi propterea hisce rescribendas, accepi. Vale, & una cum amore in te meo perpetuo plura & meliora, ubi Deus nobis meliora otia faciet, expecta & redde. Dab. Dessæ d. XXXI. Julii M DC XXXV.

I

Tobias Hübners Dichtung *Nachfolg deß Guevarræ*

Q HAB: Lk Sammelbd. 3 (2). 4° Titelblatt, Rücksl. leer; Gedicht in 628 Alexandriner-versen, 9 Bll. sign. A ij r - [C. ij]v; gebunden hinter den Einzelausgaben von Diederichs v. dem Werder (FG 31) Übersetzungen von Ludovico Ariostos *Orlando furioso*: Die Historia Vom Rasenden Roland/ Wie solche von dem hochberühmbten Poeten Ludovico Ariosto in Welscher Sprache/ sampt vielen vnd schier vnzehlich schönen Geschichten/ stattlich beschrieben/ Jn Teutsche Poesi vbergesetzt. Leipzig/ Jn Verlegung Eliæ Rehefelds/ Gedruckt bey Henning Kölern/ Anno 1636. [Gesang 1-3; die anderen Gesänge unter anderen Titeln beigebunden.] Anderes Expl. HAB: K 349. 4° Helmst. (77). — Hübners Dichtung verzeichnet ohne Kenntnis des Übersetzers Christoph E. Schweitzer: Antonio de Guevara in Deutschland. Eine kritische Bibliographie. In: Romanistisches Jahrbuch 11 (1960), 328-375, hier 370. — Druck schlägt allgemein schwach von der vorderen/ hinteren Seite her durch. Etwas verblaßter Druck auf Bl. A ij v - A iij r. Leichte Braunflecken in Vers 95/130, 165/198-199, 224/259, 305/339, 375/408-409, 445.